

Publication/Creation

July 1953

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/w5gyxy3e>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

nomina dant Chirurgis regijs, nomina sic data commendantur regiæ Maiestati, eius M A I E S T A T E tempus operationi futuræ destinat, locumque orationis publicum designat, ipsi morbi coram eius Maiestate fistuntur, Chirurgi tamen data opera cauent ex inspectione oris & corporis, vt vera sit struma; ne qua impostura fallacium oriatur, deinde si obsecnitas quippiam appareat, ex eruptione purulenta in pectus & guttur iterum cauent, vt emplastro aliquo obtegatur ad turpitudinem vitandam congruentiore, ad morbum profligandum nulla ratione conueniente, totius enim morbi medela est penes M A I E S T A T E M Regiam, medicorum ac chirurgorum opera nulla est, ac ne requiritur quidem. Certus autem dies non vt sacrificij sic & auxilij huius expectari solet, operiuntur illi sanandi potius diem, cum princeps vel sabbato sanet, vel extra sabbatum quaque feria, fere in sabbato nostro, id est, die dominica, & interdum in festo, ac solennitate memoriae Christi, Apostolorumque sanitates operatur, non sine ductu diuini numinis, non sine felicitate regij nominis. Vnum hoc reticeri non debet, tempore quidem præcationum communium ac in Liturgiæ recitatione semper transfigi hoc curationis negotium. Publicæ igitur concipiuntur preces a ministris regiæ maiestatis Capellanis, M A I E S T A T E eius ad illas preces regio cum apparatu procedente, comitantibus nobilibus,

bus, stipantibus cateruis, inspectantibus hominibus & Angelis: ordinarijs precibus cum Epistola & Euangelij lectione peractis, fistuntur omnes a Chirurgis regijs in praesencia Reginæ, ad cuius genua aduoluti fide & oratione feruentes opem & auxilium praefolantur: Tum exordiuntur Euangelij lectionem ex illo ultimo capite Sancti Marci versu 14. Nequissime autem recumbentibus illis undecim apparuit & exprobavit incredulitatem eorum, & duritatem cordis, quia ijs qui viderant eum, resurrexisse non crediderunt, & dixit eis euntes in uniuersum mundum predicate euangelium omni creature, qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, qui non crediderit condemnabitur, signa autem eos qui crediderint hec sequentur, in nomine meo demonia ejicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit, supra agros manus imponent & bene habebunt: Ad illa verba cum ventum est, serenissimae eius M A I E S T A T E ægris, & strumam patientibus vtrinque manus imponit, siue maxillis, siue gutturi, siue loco affecto, & nudis manibus tangit morbidas partes, quas deinceps sanat: quibus partibus sacratissimis eius manibus tactis illi strumosi paulum recedunt, tantisper dum aliae ceremoniæ complendæ sunt: & tum quod reliquum est Euangelij legitur: *Et Dominus Iesus postquam loquitus est eis, assumptus est in cælum, & sedid a dextris Dei, illi autem profecti predicauerunt, ubiq; Domino cooperante, & sermonem confirmante*